

1. *Ego sum vitis vera etc.* Ioan. 15. Græcè est cum gemino articulo: *Ego sum illa vitis, illa vera.* Illa utique ipsissima, de qua noster Siracides v. 22. Vide à n. 2023. usque ad 2042. unde multa huic Evangelio elucidando peti possunt. Vide *Vitis*.
2. *Ego sum vitis vera.* Rectè Augustinus: *Quod secundum hoc dicit, quod est caput Ecclesia, nosque membra eius, homo Christus Iesus.* Atqui cum se Ecclesie Principem, & Prælatum proponit, se etiam nobili viti assimilât, quæ tota hominum usibus impenditur. Sublimior enim Christi, ac Principum majestas tunc maximè proditur, cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1130.
3. *Ego sum vitis vera.* Dum se Christus vitem vocat, qualia sint illa bona quæ nobis parit, ostendit, scilicet plena, vera, pretiosa, dulcissima, splendidissima, à n. 2024. & 2042. Non sicut terrena bona, quæ minoris ponderis sunt, quam ipsa vanitas, & inanitas, n. 1602. Spiritualia quod plus gustantur, plus appetuntur, n. 2224.
4. His adnecto que paulò post subdit. Christus: *Ego sum vitis, & vos palmites.* Vitis palmitibus vitale subministrat alimentum, & per palmites ipsos multis aliis sua confert bona. Bona enim Dei quæ tibi soli serviunt, neque aliis communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1041.
5. *Et pater meus agricola est.* Vbi Augustinus: *Colit nos Deus, quòd autem ille nos colit, meliores nos reddit. Non cessat aperire cor nostrum tanquam ara rosermonis, expectare fructum pietatis. Verè enim ab exundante Evangelii doctrina infocundæ Gentilitatis regiones in terram uberem conversæ sunt,* à n. 2308.
6. *Sicut palmet non potest ferre fructum à semetipso etc.* Clamat hic merito Augustinus: *Magna gratia commendatio! Vide Gratia, & vide Christus, ut est gratia aucto.*
7. *Qui manet in me, & ego in eo, hic ferit fructum multum, quia sine me nihil potestis facere.* Gratie cooperandum, ne in nobis deficiat, à n. 1051.

Pro communi MM. extra tempus Paschale.

1. *Cum audieritis praelia, & seditiones, nolite terri.* Luc. 21. Vbi Gregorius: *Ac si dicat: Nolite terri. Vos ad certamen acceditis, ego praelior. Ideo ut non timeant, adhortatur, quia ipse eis tutam mentem erit, umbraculo, & protectioni, ut olim Hebræis per desertam gradientibus, atque hostiliter impetibus, à n. 1039.*
2. *Cum audieritis praelia etc.* Ec quod praelium? Illud utique, quod ab initio sæculorum Deus prædixit inter Ecclesie filios, & tartareum draconem, hujusque affectus, à n. 147. Vide in indice sacræ Scripturæ, Genes. 3. 15.
3. *Nolite terri.* Et quare non terretur? Quia Deipara in mensitate quadam Ecclesiam instar muri ambit, demonum machinationes eludit, persecutionum procellas compescit, à n. 1150. & à n. 1182. Et quia Christus Ecclesiam suam circumdat, & protegit, diaboli machinamenta penetrat, & evertit, Gentilissimi, ac Iudaismi adversus Christianum nomen vires frangit, & perdit, à n. 1143.
4. *Nolite terri etc.* Cur non? Quia tunc maximè in eis divina virtus clarescet, cum hostes decalabunt, & conterent, à n. 1230. Vide *Christus*, in Indice n. 18. & vide *Ecclesia*.
5. *Nolite terri etc.* Monet ut imperterrito animo agonem Martyrii in ipso operis initio aggrediantur. Tanta enim est boni principii virtus, ut qui bene incepit possit jam, securus de triumpho coronâ beari, à n. 886.
6. *Nolite terri etc.* Vt bono animo sint, admonet; quia dum Tyranni adversus Martyrem insurgunt, obdurata eorum corda Martyri ipse Dei virtute præmunitus, peregrino vindictæ genere, Christi imperio subieciat, à n. 1233.
7. *Oportet primum hoc fieri.* Quare oportebit? Vt Apostoli Ecclesie Principes, & Prælati, Protomartyres sint Quia sublimior eorum majestas tunc maximè prodit, cum subditorum emolumentis inserviunt, vel usque ad vitæ dispensium, à n. 1120. Et qui aliis præfunt, portare debent, non portari, à n. 1129.
8. *Trahentes ad Reges, & Præsides propter nomen meum.* Sic utique meum nomen, & Christiani nominis fama quoquoersus diffundetur, à n. 1057. Et Martyres erunt aromati ferri, incomparandam Christi fragrantiam in omnem Orbis plagam diffundentes, à n. 2016. Vide *Nomen*, & *Iesus*: nomen hoc præclara onera imponit, n. 1921.
9. *Ego dabo vobis os, & sapientiam etc.* Prius sanctitate eos obarmavit, de inde sapientiâ communicavit. Nam Christi sapientiæ anima est sanctitas, sine qua inanis, & emortua extat quæcumque sapientia, à n. 270.
10. *Ego dabo vobis os, & sapientiam etc.* Doctrina sua Evangelica eos præmunivit, ut contra insurgentis belli levitiam fortiter pugnant, & triumphatores vaderent: Doctrina quippe Evangelica non imbellis, sed bellatrix est, non infirma, sed fortissima à n. 2292.

11. *Dabo vobis os, & sapientiam.* Os planè sapientiæ illud, à quo nihil non pretiosum, ac divinum prodeat, à n. 152. Et sapientiæ id est, Evangelicam Doctrinam, quæ divini Verbi naturam, & attributa emulatur, à n. 324.

Pro communi alio MM. extra temp. Pasch.

Beati pauperes spiritus. Luc. 6. Vide quæ observavimus pro isto Omnium Sanctorum.

Pro communi Confessorum Pontificum.

1. *Homo quidam peregrè proficiscens:* Matth. 25. Tacetur quoniam fuerit homo hic, sed cum tam gloriosè munificus describitur bene factis, non potuit non esse homo iustus, qui multis præponderaret hominibus, & Orbis universi. Solus enim iustus hominis est vocabulo dignus, & homo est verus, completus, confummatissimus impii, homines sunt falsi, ficti, inanes, vacui, nihili, à n. 1000.
2. *Homo quidam vocavit servos suos.* Hic homo Christus est, qui servus & ipse factus est, ut nos à peccati servitute liberaret, & in genui illius servi appellat, n. 1157. Vide *Christus* in Indice n. 12.
3. *Vocavit servos suos.* Servos vocat cum præfecturas illis impertit: cumque servorum sit proprium servitutis onera portare, eò spectat servorum vocabulum, ut Prælati admoneantur, sublimiorem eorum majestatem tunc maximè prodi, cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1120. Et eorum munus esse, non portari, sed portare, à n. 1129.
5. *Et tradidit illi bona sua.* Cum munificus bona sua Christus inter servos suos distribuit, tunc illius bona appellantur, n. 1044. Ad summam enim Dei bonitatem spectat, bona sua in creaturas profundere, n. 1041. Atque eò spectat item tam munifica largitio, non ut in nobis ejus bona flagent sed ut ad alios deriventur. Dei enim bona, quæ tibi soli serviunt, neque aliis communicantur, ferè nulla censentur à n. 1042.
6. *Et tradidit illi bona sua.* Vbi Hieronymus: *Vocatis Apostolis, doctrinam eis Evangeliorum tradidit.* Quorsum tradidit? Ut in alios derivarent. Quippe proprium sapientiæ munus est, doctrina sua mundum illuminare, & focundare, à n. 1046. Et accepta à Deo sapientia non debet esse sicut pecunia in sacculo clausa, sed impendenda in alienæ etiam salutis lucrum, à n. 2418. Vide *Sapiens*.
7. *Tradidit illi bona sua.* Qui servis indigentibus omnia bona sua tradidit, quid sibi reservat? At naturale sapientiæ distributæ miraculum est, ut quanto quis sapientiæ suam aliis impendit, tanto sapientior evadat, ut in augmento talentorum claret, n. 1891.
8. *Et uni dedit quinque talenta etc.* Id est, *dispositionem eloquiorum Dei*, ut Origenes exponit. Divina eloquia talenta vocantur, cumque talenta, sive aurea illa sint, sive argentea, pretiosissima fuerint, eò Christus spectare videtur, ut ostendat, quòd os sapientiæ adinstar thesauri cuiusdam debet esse, à quo nihil non pretiosum, divinum, & sacrum, à n. 852.
9. *Uni dedit quinque talenta etc.* Doctrinam Evangelicam talentorum nomine appellat, quia aurifera, & gemmifera est totum locupletans Orbem, à n. 2302.
10. *Uni dedit quinque talenta etc.* Quam sollicitus est Dominus de omnium hominum salute: sua doctrinæ Evangelicæ dona servis munificè largitur, ut talentorum munere aucti, sollicitè negotientur animarum lucra. Christus enim vehementer exoptat nostram omnium salutem, salutis incrementum, & perennitatem, à n. 2172.
11. *Secundum propriam virtutem.* Quasi Deus rationem habuerit nature singularum in distribuendis donis gratiæ suæ; ut videtur clare in Moyse, Pauli, & Petri & aliorum, nec non & in Hispanorum electionibus ad opus Martyrii, à num. 1571.
12. *Uni dedit quinque talenta etc.* Talenti vocabulo divina potest gratia designari, quæ quidem, ne deficiat, ne defatigetur, indeficentem, atque indefessam nostram desiderat cooperationem, à n. 1051.
13. *Qui autem unum acceperat, aliens fodit in terram etc.* Talentum servo huic à Deo traditum, vivida erat sapientiâ illi verò dum sudario talentum involvit, & sepulturæ dat, sapientiâ quasi emortuam reddidit, n. 276. Christianæ enim sapientiæ anima sanctitas ipsa est, sine qua omnino emortua extat quæcumque sapientia, à n. 270.

Pro communi alio Confessorum Pontif.

1. *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit:* Matt. 24. Vigilate nos admonet, & exemplum Patrisfamilias proponit, qui dum vigilat, non sinit perfodi domum suam;

1. *Vos estis sal terra.* Vos estis lux mundi: Matth. 5. Ubi Chrysostronus: *Sicut Doctores per bonam conversationem sunt sal, quo populus conditur, ita propter verbum doctrinæ sunt lux, quæ ignorantes illuminantur. Prius autem est bene vivere, quam bene docere.* Vides, in Ecclesie Doctoribus requiri sanctitatis adlociatam sapientiâ? Nempe Christianæ sapientiæ anima est sanctitas ipsa, sine qua inanis, & emortua extat quæcumque sapientia, à n. 270.
2. *Vos estis sal terra.* Vos estis lux mundi. Prius sub salis metaphora sanctitatem dilaudat, deinde sapientiâ. Scilicet quantumvis sapientissimus sis, non tam sapientiæ, quam sanctitatis dotes commendare, & æstimare debes, à n. 278.
3. *Vos estis sal terra.* Quòd sal sit focundum, notat S. Isidor. Pelusiorum lib. 1. Epist. 16. & S. Hieronymus ad Rufinum: *Sal, quo solent credentium arva condiri, & sterile animarum solum pinguefcere.* Igitur Evangelicæ doctrinæ, & Christianæ sapientiæ sal, sterilem alioquin agrum, pinguem reddidit: ideo sal terra appellatur. Ab exundante quippe Christi doctrinâ infocundæ Gentilitatis regiones in terram uberem, & amœnam conversæ sunt, à n. 2308.
4. *Vos estis sal terra.* Pauci Christi Discipuli, imò illorum quivis, sal terræ appellantur: parvum quippe salis granum multam carnem saporat; & vel unus iustus sapientiâ præditus, potens est terram universam saporare. Quid mirum, si vel unus Ecclesie Doctor ingenti præponderat multitudini, imò toti mundo, n. 1603. Quod suadent Cherubini

Pro communi Doctorum.

1. *Vos estis sal terra.* Vos estis lux mundi: Matth. 5. Ubi Chrysostronus: *Sicut Doctores per bonam conversationem sunt sal, quo populus conditur, ita propter verbum doctrinæ sunt lux, quæ ignorantes illuminantur. Prius autem est bene vivere, quam bene docere.* Vides, in Ecclesie Doctoribus requiri sanctitatis adlociatam sapientiâ? Nempe Christianæ sapientiæ anima est sanctitas ipsa, sine qua inanis, & emortua extat quæcumque sapientia, à n. 270.
2. *Vos estis sal terra.* Vos estis lux mundi. Prius sub salis metaphora sanctitatem dilaudat, deinde sapientiâ. Scilicet quantumvis sapientissimus sis, non tam sapientiæ, quam sanctitatis dotes commendare, & æstimare debes, à n. 278.
3. *Vos estis sal terra.* Quòd sal sit focundum, notat S. Isidor. Pelusiorum lib. 1. Epist. 16. & S. Hieronymus ad Rufinum: *Sal, quo solent credentium arva condiri, & sterile animarum solum pinguefcere.* Igitur Evangelicæ doctrinæ, & Christianæ sapientiæ sal, sterilem alioquin agrum, pinguem reddidit: ideo sal terra appellatur. Ab exundante quippe Christi doctrinâ infocundæ Gentilitatis regiones in terram uberem, & amœnam conversæ sunt, à n. 2308.
4. *Vos estis sal terra.* Pauci Christi Discipuli, imò illorum quivis, sal terræ appellantur: parvum quippe salis granum multam carnem saporat; & vel unus iustus sapientiâ præditus, potens est terram universam saporare. Quid mirum, si vel unus Ecclesie Doctor ingenti præponderat multitudini, imò toti mundo, n. 1603. Quod suadent Cherubini

Ezechiehs, quorum quivis multitudinem sonat. Vide *Cherubini*: & in voce sacræ Scripturæ Ezechi.

5. *Vos estis sal terra.* Cur terræ signatum? Perinde est [ut explicat Hilarius] atque ex terra factum, etiam si ex aqua constari soleat. Planè ut admoneantur Ecclesie Doctores, se suamque infirmitatem ob oculos habere. Sed cur te homines esse agnoscant? Quia dum sapientiâ aliis communicant, plusquam homines esse videntur, pro virili Deum ipsum emulantes, à n. 2423.
6. *Vos estis lux mundi.* Lux appellantur, quia illorum sermo ad instar lucis omnia illuminant debet esse. Nescit enim à bona lingua, vel à bono calamo aliquid proficisci, quod alios obfcuret, sed quòd illuminet universos, à n. 1035.
7. *Vos estis lux mundi.* Mundi lux dicitur, cuius gratia non in splendore tantum, sed in omni utilitate dilaudatur, n. 1045. Scilicet Dei bona, quæ tibi soli serviunt, neque aliis communicantur, ferè nulla censentur, à n. 1041.
8. *Vos estis lux mundi.* Sol nempe, conditus ad totius mundi illuminationem. Nam proprium sapientiæ munus est mundum illuminare, ac focundare doctrinâ suâ, à n. 1046.
9. *Vos estis lux mundi.* Ubi Remigius: *Sicut sol dirigit radios suos, ita & Dominus, qui est sol iustitiæ, direxit Apostolos suos ad effugandum humani generis tenebras.* Verè Christus solis instar barbaras qualque, ac distitas mundi nationes, per Apostolicos viros illuminavit doctrinæ luce, à numero 2278.
10. *Vos estis lux mundi.* Lux appellantur, non quia uni Orbis parti luceant, sed quia mundo universo. Igitur ad Ecclesie Doctores referas quæ de Cherubinis Ezechiehs ad omnes mundi plagas spectantibus diximus pro viri Jesuitis, à n. 1915. usque ad 1919. Et vide *Doctor*, *Sapiens*.
11. *Vos estis lux mundi.* Ut sol occupans cœli medium æqualiter ad omnes suos emittit, ac demittit radios, non aliter Evangelicis Minister; cuius bonitas, & doctrina ad universos æquo libramine debent derivari, à n. 1352.
12. *Vos estis lux mundi.* Quis unquam vendidit lucem? Gratis mortalibus cunctis impenditur liberaliter. Neque vendenda, neque emenda doctrinæ lux, gratis omnibus impendenda, n. 1893.
13. *Vos estis lux mundi.* Esti omnes debet Ecclesie Doctor illuminare, soli tamen Deo lucere debet, quem quodammodo elucidat, à n. 2247. Est etiam Maria Deiparæ elucidator verbo, & calamo, n. 2255.
14. *Vos estis lux mundi.* Soli non semel militaris tribuitur virtus, & bellicæ dantur arma. Habac. 3. 11. Judic. 5. 20. Et *militem cœli* solet sumi in Scriptura pro sole, luna, & stellis. Quò referas pro Ecclesie Doctoribus historiam Barac, & Deborah, de qua nos latè pro Dominicana Familia à n. 1740. Et expendas rursus, quomodo doctrina Evangelica (qua Ecclesie Doctores obarmati pugnantis strenuè) non sit imbellis, sed bellatrix; non infirma, sed fortissima, à n. 2292.
15. *Non potest civitas abscondi supra montem posita.* Evangelicus Præful, & Doctor mons præaltus est, qui non infra se, sed supra se habet Ecclesiam, de qua Psal. 86. *Gloriosa dicte sunt de te, Civitas Dei.* Scilicet qui aliis præfunt, portare debent, non portari, à n. 1129.
16. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio etc.* Illi sub modio doctrinæ lucernam ponunt, quibus de cibis parandis tota cura est; qui verò se macerant castigato cibo, lucerna sunt supra candelabrum ad illuminationem, à n. 1868. Sic Doctores jejunantes multam à cœlo trahunt sapientiâ, à n. 1832. Et æternas delicias pragustant, à n. 1850.
17. *Sic luceat lux vestra coram hominibus etc.* Ecclesie Doctores lux sunt, qua elucidatur Deus, n. 2247. Er licet perfectus homo totus interior debeat esse, cordis homo, qui Deum habeat internæ suæ gloriæ laudatorem, & inspectorem, à n. 867. Ea tamen sit necessum est interioris hominis sanctitas, ut ab intus emanet in hominem corporis, & extrinsecus clareat omni mœculis, à n. 874.

Pro communi Confessorum non Pontif.

Sine lambi vestri præciniti. Ut in Festo S. Francisci Xaverii, & B. Borgie.

Pro communi Abbatum.

Eccē nos reliquimus omnia. Ut in communi alio Apostolorum,

Pro communi alio Confessorum non Pontif. ubi de S. Francisco Paulensi.

1. *Nolite timere pusillum grex:* Luc. 12. Ubi Chrysostronus: *pusillum grex, magnus Deo.* Nempe, perfectus homo, totus interior sit, cordis homo, qui solum Deum habeat internæ suæ magnitudinis inspectorem, & laudatorem, à n. 867. Præstabat hoc abundè Franciscus pro agna sua humi-

- humilitate. Sed ea erat interior ejus sanctitas, ut ab intus emanaret ad hominem corporis, n. 874.
- Puffillus grex.* Arguē idem Chrylologus ibidem: *Puffillus grex est, qui non de magno minuitur, sed crescit de puffillo.* Certē dum in humilitatis officina merita quis cudit, cudebatque Paulēnis eximie sanctus; cuditur etiam magnitudo ipso ipsius magnitudinis neglecta. Maximum enim nihil est aliud, quā minimum iteratum, & multiplicatum, n. 1865. & 1847.
 - Puffillus grex.* Beda ibi: *Puffillum Dominus gregem electorum nominat, ob humilitatis devotionem.* Hęc virtus, qua Franciscus maxime excellit, *virtus Christi* antonomastice dicitur, n. 1186. Per illam ad summam devenit exaltationem à num. 1785.
 - Nolite timere puffillus grex.* Vbi Beda: *Postquam Dominus temporalium curam removit, hic excludit timorem, ex quo superflua cura procedit.* Ideo eis cœlorum regnum dat, monetque ut quę possident, vendant. Qui enim cœlestia bona quærūt [ut Paulēnis quærebat] à terrę contubernio sejunctus, cœlum est, à n. 1115. Et quidem mundalia bona cuncta inflat puncti sunt, cœlestia inflat circuli, illa errare faciunt, hęc iusti inquirunt, inquirebatque Franciscus, perpetuo ambitu, à n. 1160. Vide *Bonnum*.
 - Nolite timere puffillus grex.* Et cur non timeat puffillus grex? Quia qui iustus est, est unus sit ingenti præponderat multitudini, imò Orbi universo, maxime propter concordiam, n. 1603. & 1917. Ideo Cherubinis designati, quorum quivis perinde est ac *Puer, multitudo, fortis*, quod in Franciscum maxime cadit, n. 1864.
 - Puffillus grex.* Hujus puffilli gregis pastor Deus est, Psal. 22. *Dominus pascat me, in loco pascenti* (seu in pascenti herbarum) *ibi me collocavit.* Quasi Pastor bonus eos herbis cibet. Sed cum Pater etiam appelletur, *complacuit Patri vestro*, panem subministrat, & piscem, Luc. 11. *Quis ex vobis Patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi, aut piscem, numquid serpentes dabit?* Igitur & herbis, & pane, & piscibus has suas oves Christus pascat, ut bonus Pastor, & Pater. Hęc omnino, & signatissime in Franciscum Paulēsem, ejusque minimam Familiam cadunt; de quibus à n. 1847. usque ad 1870.
 - Quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Cœlum plane, in quo, dum vivunt, parant sibi mansiones, cœlum, quod ipsi honorant, & exornant, à n. 21.
 - Quia complacuit tibi.* Bene Euthymius, & Theophylactus: *Magnam fruitionem tribuit, regnum dat.* Quid ergo? num de præsentis, adhuc superstitis, beantur? Ita est. Nam est tanta boni principii virtus, ut qui bene incepit, possit jam coronâ beati, à n. 886. Et cum Minorum mensa herbis sit, pane, & piscibus contenta, cœlesti videtur coronâ præmaturè exornata, ut olim mensa Exod. 25. quam præ oculis Deus habebat coronatam, à num. 1866.
 - Vendite quę possideris.* Mundialibus bonis qui renuntiat, sicut lilium, seu rosa inter spinas, jure appellatur, n. 1795. Bona hæc terrena minoris ponderis sunt quā ipsa vanitas, & inanitas ipsa, n. 1602.
 - Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Rectè Honorius in cap. 4. Cantic. *Per cor amor intelligitur, qui in corde esse dicitur, & continens pro contempto ponitur:* à n. 326. & 345. Planè Charitas speciale est discipulatus Christi insigne, quod in Paulēsi Francisco, ejusque Ordine videre est potissimum, à n. 1862. Vide *Zmor*. Vide *Minorum Familiam*.

Pro communi Virginum.

Indignitâ signatim S. Teresa à Iesu.

- Simile est Regnum cœlorum decem Virginibus.* Matth. 25. Ex Gregorii Magni mente, *Sancta Ecclesia decem Virginibus similis denuntiatur.* Sed cur decem, & non pluribus, vel paucioribus? Quia denarius numerus omnes complectitur numeros, quibus innumerabiles Ecclesię virginis designantur filii, n. 1789. 1879. & à num. 238. Fecundissime similiter Christi Virgines ad Ecclesię universalis normam, ut in Catharina, & Teresa claret, quę sanctitate, & doctrina sua tot Christo peperit religiosissima filiorum, filiarumque examina. Pro quolocum expendē Terentię, à num. 856.
- Simile est tibi.* decem Virginibus. Decem speciatim Virginibus assimilatur Ecclesia, quia denario hoc numero sponsum ipsius Ecclesię portenditur: Iesus enim cum Cruce superposita arcanè n. denario designatur, n. 1918. Quod Teresa à Iesu facile adaptes, quę mulierum opprobrium abstulit, numerosam generosamque à Iesu concipiens prolem, n. 1899. Vide *Carmelitana Religio*: unde pro Teresa encomia poteris concinnare.
- Quę accipientes lampades suas.* Bene hic S. Hilarius: *Lampades, quas accepimus, animarum splendentium lumen est,*

- qua Sacramento Baptismi splenduerunt, Ideo Baptismus, *illuminatio* dicitur, & est, n. 1015. & 1463. Quia nihil, nisi gratiæ lumen ibi accipimus, à num. 932. Igitur attendendum semper, à luce ad lucem transire, ad altiora perfectionis opera scandere, à num. 934. Quod etiam Teresa præstitit, perfectioni tota incumbens, dum inibat, n. 938.
- Quinque autem ex eis erant fatuę, & quinque prudentes.* Sed unde illarum fatuitas dignoscenda, & harum prudentia dilaudanda? Inde sanè quod fatuę per quinque sensus externos mundialibus inhebeant, dum prudentes terrena omnia contempserunt. Qui enim cœlesti polleat sapientia, gyrum rerum cœlestium ambiunt, cum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto perpetua vertigine agitantur, à n. 1160.
 - Sed quinque fatuę, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum.* Vbi Origines: *Fatuę acceperunt lampades, inprimis quidem accensas, sed tantum oleum non acceperunt, ut eis sufficeret usque ad finem.* Per oleum bona opera, quibus lumen gratiæ retinetur inextinctum, intelligas. Scilicet, indeficiens, atque indefessum divinę gratiæ lumen, ne deficiat, neque defatigetur, indeficientem, atque indefessam nostram desiderat cooperationem, à n. 1051. O quā indeficiens, atque indefessa Teresę cooperatio! ô quā indeficiens, atque indefessum in ejus anima lumen gratiæ! De pleno hoc gratiæ lumine permixtum ei est adhuc superfluit, ut in corpus illius paululum eluceceret, latentis nimirum sanctitatis illustre argumentum, à n. 945.
 - Non sumpserunt oleum secum.* In hoc oleo lætitię significari, putat Augustinus serm. 22. de Verbis Domini; subditque: *Qui non propterea gaudet, quia Deo intrinsecus placet, non habet oleum secum; gaudium enim non habent, nisi in laudibus hominum.* Nempe perfectus homo, totus interior debet esse, cordis homo, qui Deum habet sui cordis inspectorem, & laudatorem, à num. 867. Ubi plura pro Teresę commendatione, præsertim num. 868. & n. 872. ubi de Tabernaculi gloria faccis cilicinis occultata. Sed enim ea fuit Teresę sanctitas interior, ut ab intus emanaverit ad hominem corporis, à n. 874.
 - Non sumpserunt oleum secum.* Vbi Origines: *oleum est verbum doctrinę, quo vasa animarum implentur. Nihil enim sic confortat sicut moralis sermo, qui oleum luminis appellatur; Rectè dicit, hoc doctrinę moralis sermone valide confortari animas, & in eis splendens gratiæ lumen. Est enim Evangelica doctrina non imbellis, sed bellatrix; non infirma, sed fortissima;* à n. 2292. Vbi signatim nonnulla pro Teresę, una ex præcipuis Ecclesię Evangelizatricibus virtute multa. Vide n. 1740. 1915. 2296.
 - Et quę parata erant, intraverunt cum eo ad nuptias.* S. Hilarius: *Nuptiæ immortalitatis assumptio est, & inter corruptionem, atque incorruptionem, ex nova societate conjunctio. Celebris extat S. Virginis Teresę incorruptio, usque ad hanc diem incorruptum ejus corpus persistit, & odorato liquore circumfusum, ea enim est castitatis præstantia, ut Deum ipsum mirifice exaltet, & suos ipsa cultores deficiet, immortales, & incorruptibiles reddens,* à num. 1944. Vide *Castitas*.
 - Poterit ad Teresę Evangelizatricem revocari historia *Deborę*, duce Barac, quę uxor erat *Lapidoth*, id est, *luminum, lampadum*. Deborę Teresę portendebat, Barac Eliam, Teresę & totius Carmelitana Familię ducem. Historiam latè illustratam dedimus à n. 1740.
 - Cumque Ecclesia tunc perfecta describatur quando ad Marię Deiparę exultat, ut observo n. 249. plura ex testimoniiis, quę Virginem Matrem commendant, poterunt ad Teresę commendationem, & similes alias Virgines referri, proportionē servata. Ut est illud Genes. 3. *Inimicitias ponam tibi.* ubi contra callidissimam serpentis prudentiam armatur heroina foemina, quę veluti columba sapiens, & simplex, vel pede suo discalearo conculcavit serpentinum caput. Vide à num. 134. usque ad 158.
 - Item illud Job 40. 20. *An extrahere poteris Leviathan tibi.* de quo à n. 483. & à n. 1191. Item illud Cantic. 6. 8. *Quę est ista, quę progreditur tibi.* de quo à n. 173.

Pro communi Virginum, & non Virginum.

Vbi de S. Anna Deipara Matre.

- Simile est Regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui invenit homo, abscondit:* Matt. 13. Absconditus hic thesaurus (ut vult Gregorius) *disciplina studii cœlestis est, perfecta nempe hominum virtus, sive interior homo est, quā iusti abscondere humanis oculis impensè fatagunt.* Scilicet perfectus homo, totus interior debet esse, qui Deum habet virtutum suarum inspectorem, & laudatorem, à num. 867. Vbi pro S. Anna egiogia aliquot facillè ad rem poteris conflare.

2. Simile

- Simile est Regnum cœlorum tibi.* Cum hic thesaurus disciplina studii cœlestis sit, id est, vehemens desiderium, & cupiditas cœlestium rerum, pro quibus homo vendidit universa quę habuit, id est, mundalia omnia contempsit; veluti *terrena quærunt à terrę contubernio sejunctus, cœlestium ambiunt,* dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto, perpetua vertigine agitantur, à n. 1160.
- Quem qui invenit homo.* Homo signatim appellatur, qui virtutum exercitio, & cœlestium acquisitioni intentus describitur. Nam iustus est homo verus, & completus, peccator autem mundialibus addictus, homo est inanis, vacuus, & nihil, à n. 1600.
- Et gaudium illius abibit, & vendit universa, quę habet, & emit agrum illum.* Ubi S. Gregorius: *Agrum, venditis omnibus, comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinam cœlestis custodiam calcat.* Semper enim sanctitas pura palmam tulit vel contra potentissimos animę hostes, quos calcat, à n. 1959.
- Simile est Regnum cœlorum tibi.* Rectè S. Hilarius: *Thesaurus in agro Christus intelligitur in carne: id est, in Virgine Matre sua, quę caro ejus est, juxta illud Psal. 44. Omnis gloria ejus facta Regis ab intus:* Hebraicè: *A terra visceribus.* Vide verba Genes. num. 412. Hunc thesaurum Anna invenit, absconditque in utero suo, quem cum Chrylostomo Homil. de Anna Samuelis matre, appellat, *Vterum præioso thesauro onustum.* Et cum Platone Dialog. de Legib. *Bona omnia sua Anna elargitur, ut hunc thesaurum possideat.*
- Pro quo expendas obsecro verba Proverb. c. 2. v. 3. & 4. *Si sapientiam invocaveris tibi, si quaesieris illam quasi pecuniam, & quasi thesaurus effoderis eam tibi.* Vel ex Symmachii, & Theodotionis translatione: *absconditiam, vel occultam.* Ubi Sapientię nomine. Christum Dei Filium intelligit Beda. Hanc verò sapientiam invocare, nihil est aliud, juxta multorum placitum, quā illam à Deo precibus contendere. Mulra, ac diuturnę fuerunt Annę orationes, pretii instar, pro acquirendo hoc thesauro, ut Patres observant. Thesaurum verò hunc effodere, erit profectò, multo ac diuturno labori insistere, donec inveniat, possideaturque. Quod & Anna præstitit per virtutum omnium exercitium, per lachrymarum effusionem, vigiliis multas, multaque jejunia, peregrinationes, elemosynas, & alia opera, de quibus vide nostrum Castrum in Histo. Deip. c. 2. & pro Proverb. testimonio Salazarium, ex cujus Commentario rem totam promoveas.
- Emis agrum illum.* Pro hac emptione premia Evę verba Genes. 4. 1. *Possedi hominem per Deum:* Hebraicè: *Aequivo virum, & Deum.* Vel etiam cum Oleastro: *Emi virum à Domino:* qui explicat: *Quia forte Dominum pro Filio deprecata est, & precibus emi.* Quod spectat Chrylost. serm. *Fidei pretium in silio confexit.*
- Hoc thesauro longè opulentius quā nunquam alia, locupletata Anna fuit. Pro quo habes illustre vaticiniū à n. 1287. Et cum Anna fuerit, quę edificavit domum Deo in ea habitaturo, nempe Deiparam filiam (de qua structura vide *Maria* in Indice n. 32.) videntur ad illam spectare verba 2. Reg. 7. 11. de quibus à n. 443. Davidicè verò familie prolem exuisse Annam, probamus n. 506.

FINIS.

